nec etiam interit9 patrie extinxit pro eo qđ nihil eſt excepta virtute. quod animo ac manu mortali immortale queri poſſet. Omnia ergo facta carthaginis ſunt abolita vtpote virtute carentia. ſed quia phileni opus ſūme virtutis exercuerūt. immortales in hominū memoria remanſerunt. Ideo eorum pietas ad patriam iuuenili ardore fuit plena.

Areſtotiles vero &c̄. In parte iſta ponit exemplum areſtotilis. ꝙ nunꝗ memini me alibi legiſſe. Nā cum Areſtotiles eſſet admodum ſenex. & ſupreme vite reliquias membris ſenilibus atq rugoſis in ſummo literarum ocio vix cuſtodiens ꝓ ſalute patrie a deo valenter incubuit. vt in lectulo atheniēſi iacens. ipſam ab hoſtilib armis. id eſt ab inimicis. ſolo. id eſt terre. eq̄tam hoc eſt funditus deſtructam. de manib macedonium quibus adiecta erat. & ſic eadem vrbs inquantum euerſa & ſtrata notū opus alexandri. ſed inquantum reſtituta Areſtotilis fuit. Notandū ꝙ auēroys dicit in ꝓlogo libri phiſicoꝝ. Areſtotiles fuit fili9 incho mati greci. & alexander fuit rex grecorum. quia igit̄ alexander habuit areſtotilem in magiſtrum & preceptorem cuius cōſilio regebat̄. qđ ergo fecit ipſe allexander circa patriam areſtotili imputat̄.

Patet ergo ꝙ̄ benigne. Hic autor epilogat circa determinata in hoc capitulo dicens. igit̄ ex hiis exemplis ſcꝫ dictis patet. ꝙ̄ benigne & ꝙ̄ diffuſe pietatis erga patriam homines omnium ordinum & omnis etatis exſtiterunt & ſanctiſſimis legalibus nature exemplorum mirificorum clara mundo ſubſcripta teſtātur. Notandum ꝙ alia litera habet ſubſcripſit vbertas Et eſt ſenſus. Vbertas clara mundo mirificorum exēplorum legibus nature ſubſcripſit.

Titulus ſeptimus libri quinti de parētum amore & indulgentia in filios